



Universitätsbibliothek Paderborn

**Consolator Fidelis Et Proficientis Animæ seu
Exhortatiunculæ Spirituales Et Succinctæ In singulas
Dominicas & Festa anni divisæ, quibûs Confessarius in S.
tribunali animam Deum verè quærerentem paternè ...**

Eisvogel, Veremund

Augustae Vindelic., 1727

21. S. Bernardus Ptolemæus

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52716](#)

492 XXI. Augusti. S. Bernardi Ptolom.

Festum S. Bernardi Ptolomai
Congregationis Mariæ de Monte
Oliveto Fundatoris.

EXHORTATIUNCULA I.

Displicet Deo inanis, & fastuosa
scientia. Sanctus hic Bernardus
dum aliquando disputabat ardenter,
subito capitur oculis, ut altius philoso-
phari, cœlestiaque internis oculis, quæ-
rere disceret. Vana est scientia, si non
tendit in Deum, qui fons omnis sapien-
tiæ.

Instructio meritoria.

Dilecte! Evanuimus & nos sæpius in-
ter labores, ruminations, & elucubra-
tiones profundissimas. Ad quid verò
hæc pretiosi temporis perditio? Redi-
mamus, & quoties vel pulpitum pro stu-
diis accedendum, vel inter labores su-
dandum, à Deo exordiamur, flexis ge-
nibus recitando hymnum de Spiritu San-
cto: *Veni Creator Spiritus.* Hac devo-
tione o in quantos evaserunt Ecclesia
Doctores sancti Gregorius Magnus,
Thomas Angelicus, Venerabilis Beda,

Ru-



XXI. Augusti. S. Bernardi Ptolom. 493

Rupertus Tuitiensis, & Albertus Mag-
nus! Omne datum defursum est.

II.

B. Bernardus Dei manu excoecatus
clamat ad Matrem! Invocat Ma-
riam. Et ô Mariæ potentiam! Jam per-
ditos restituit; hac tamen conditione,
ut relictô sacerdotaliter totus in Matris iret ob-
sequium. O beatam solitariam, &
religiosam vitam! Deum, & Mariam sibi
attrahit. Ideò non est gratia, non dul-
cedo, aut sancta voluptas, quæ mundo
mortuis non est promissa.

Instructio meritoria.

Vocationis beneficium ô quantum
est! Sed quomodo compensavimus?
Quoties hujus vix recordati sumus? Gra-
titudinis vices, ut reddamus imposte-
rum, certum per septimanam diem no-
stro Sancto Legislatori constituamus,
cumque aut extraordinariâ interdum S.
Confessione, aut aliquali jejunio, aut
strictô recolamus silentio. Ubi & sem-
per renovabimus formulam sacræ Pro-
fessionis nostræ. Hodie verò recitabi-
mus Eucharisticum Psalmum: *Benedic*

X 7

ani-



494 XXI. Augsti. S. Bernardi Ptolom.

*anima mea Domino, & omnia, quæ intra
me sunt, Nomi ni sancto ejus. Laus Do-
mini est gratissima retributio accepti be-
neficii.*

III.

Coelitum Regina Olivetanam Con-
gregationem, ut ad Benedictinum
efformaret institutum, ipsa sacrum Ber-
nardo habitum, & Regulam S. P. Bene-
dicti attulit. Tanti fuit Beatissimæ Vir-
gini! quô igitur non spiritu? quô di-
vinæ exin hauriendæ sapientiæ desiderio
ea non tractanda nobis? Sacram Regu-
lam colimus? Ergo & Mariam hujus
ampliatricem.

Instructio meritoria.

Miles sine armis miles non est. Qua-
les nos religiosi sine S. Regula? Ambu-
let, sedeat, laboret eadem nobiscum
semper. Utique tanti non est ponderis!
Stantes in reverentiam legamus! lectam
frequenter exosculemur cum dicto: Be-
nedicte Pater! Auge tuum, & Christi
Iesu in nobis spiritum. Ut per hanc sa-
cram Regulam ulterius Romana trium-
phet Ecclesia, & S. P. Benedicti floreat

Fa-



XXIII. Augusti. S. Philippi Bennitii. 495

Familia, omnia hodiernæ diei opera,
preces, & sancta suffragia per manus Di-
vi Bernardi Deo, Mariæ, & Benedicto of-
feramus cum Cantico: *Benedicite omnia
opera Domini Domino &c.* O gratum fi-
lii obsequium!

Festum S. Philippi Bennitii Or-
dinis Servorum Mariæ propagatoris
Vigilantissimi.

EXHORTATIUNCULA I.

Vix natus, Mariam ore laudavit, & ut
hujus famulis daretur eleemosyna,
Matrem suam rogavit. Et hoc est uti
linguâ sanctissimè. Deo, Mariæ, & pro-
ximo si non impendatur, excindatur,
& in ignem mittatur; quia scandalum
est!

Instructio meritoria.

Tollamus hoc grande malum. Cure-
mus infirmum sollicitè membrum. Quo-
modo? Hodie specialiter cavendò, ne
vel verbum loquamur, vel audiendò ad
cor admittamus, quod foret contra cha-
ritatem proximi. Quin si & ex incuria
delinquemus, sine mora satisfaciamus
intra